



# DE REBUS GESTIS

A FRANCISCO XIMENIO, CIS-  
nerio, Archiepiscopo Toletano, libri octo. Aluaro  
Gomecio Toletano authore.

CVM PRIVILEGIO.

Compluti, apud Andream de Angulo. Anno Domini.

1569.

F.A.  
2  
Gis  
60m  
(1569)

ESTADO UNIÃO FEDERATIVA DO BRASIL

MINISTÉRIO DA JUSTIÇA

CONSELHO NACIONAL DE JUSTIÇA

CARTÓRIOS PÚBLICOS

REGISTRO PÚBLICO DE DOCUMENTOS

CAIXA DE DESENVOLVIMENTO E INVESTIMENTO

ESTADO DA ALAGOAS



R. 15507



IN EFFIGIEM CLARISSIMI VIRI, FRANCISCI XI-  
menij Toletani Præfulis, Simonis Cugnæ Riberæ, Lusitani,  
epigramma.

Qui stupet ex humili me persenisse cucullo,  
Præfulus ad culmen, Cardineumq; decus.  
Adiunculumq; sagis septrum, Libyamq; subactam,  
Tq; Deo & missis templo, dicata sacrè.  
Virtutes potius stupeat, quibus orbis, & cœni.  
Cessit honos, titulis, purpura, regna, dices.

ALIVD EIVSDEM.

Ille ego sum factu toto clarissimus orbe  
Franciscus, patria gloria rara mea.  
Esaco ad sacram quem virtus usque tiaram  
Euexit, nullis fulta patrocinis.  
Cui mox Cardineos eadem accumulauit honores,  
Et regni Hispani tradidit imperium.  
Qui tecta extruxi sacris amplissima missis,  
Imposuiq; iugum terra Libyssa tibi.  
Maxima qua cum sint, maius tot honoribus auctum,  
Nunquam me titulis intumuisse meis.  
Qui me ipsum didici, & cunctos deinceps honores,  
Et locuples extra, menteq; pauper eram.

ALIVD EIVSDEM.

Quam bene pro effigie, quondam dum vita manebat,  
Pars habita est, fragilis corporis, ista mihi.  
Ecce etenim ex illa vix hæc nunc restat imago,  
Cetera habes tenebris mors adoperta caput.  
Ast animi aeternum nostri decora alta vigebunt,  
Que superant mortem, tempus, & inuidiam.  
Nam te musarum ante alias domus inclyta, nunquam  
Mentibus humanis eximet illa dies.  
Tuq; mihi nomen dabis indeleibile, tellus,  
Auspicijs tellus Africa victa meis.  
Quæq; olim pius extruxi sacra templo manebunt,  
Virtutiq; mea iure tributus honos.  
Nunquam ergo interij, melior nam portio nostri,  
Quam volui semper vivere, viuit adhuc.

E1Rey.



Or quanto por parte de vos el Rector y Collegiales del Colegio y vniuersidad de la villa de Alcala de Henares, nos ha sido hecha relacion, que a instancia y a mucha costa vuestra, el maestro Aluaro Gomez auia copilado la historia del muy Reverendo in Chro padre Cardenal dô fray Fracilco Ximenez de Cisneros, fundador de esse dicho Colegio y vniuersidad: y nos suplicastes, os diessemos licencia y facultad para la imprimir, y privilegio, para que por el tiépo q nuestra merced y voluntad fuese ninguna otra persona lo pudiese imprimir, o comola nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mādado se hizieron las diligencias que la pragmática por nos hecha sobre la impression de los libros dispone: por os hazer bié y merced, fué acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. Y por la presente vos damos licencia y facultad, para q por tiépo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante, vos, o la persona que vuestro poder ouiere, podays imprimir, y vender el dicho libro que de suso se haze mēcion. Y mandamos q durante el dicho tiépo, qualquier impressor destos nuestros reynos y señorios que vos quisieredes y señalaredes, imprima el dicho libro: y q otra persona ninguna no lo pueda imprimir ni vēder sin vuestra licencia. So pena, q el que lo imprimiere, o vēdiere, aya perdido, y pierda todos y qualequier libros y moldes que del ouiere, imprimiere, o vendiere. Con q primero q se venda el dicho libro lo ayays de traer y presentar ante los del nuestro Consejo, juntamente con el original que levio, q va rubricado y firmado al cabo de Ioá Gallo de Andrade nuestro escriuano de camara de los q residen enel nuestro cōsejo, para q se vea si la dicha impression esta conforme al original, y se os tasse el precio q por cada volumē ouieredes de auer. Y mādamos a los del nuestro Consejo Presidente y Oydores de las nuestras audiēcias, alcaldes alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, A ssistēte gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y justicias qualequier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que anfi vos hazemos, y contra el tenor y forma della vos no vayan, ni passen ni consentan yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis, para la nuestra camara. Fechā en madrid a. xvij de Deziembre de mil y quinientos y setenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.  
Antonio de Erasso.

**Y**O Ioan Gallo de Andrada escriuano de camara de su Magestad, de los q̄ residié en  
el su Consejo, doy fe, que visto por los señores del la historia del Cardenal dō fray  
Francisco Ximenez Cisneros, de que esta dada licencia y priuilegio por su Magestad a  
la vniuersidad de la villa de Alcala de Henares, para la vender e imprimir, fue tassado  
por los dichos señores el volumen del dicho libro en nueve reales en papel, y dieron li-  
cencia para que en este precio se pueda vender: con que primero que se venda, se ponga  
en el dicho libro al principio del esta tassa. En fe de lo qual de pedimiento de la dicha  
vniuersidad, y por mādado de los dichos señores del Consejo, di esta fe firmada de mi  
nōbre: q̄ es fecha en la villa de Madrid, a primero dia del mes de Septiembre, de mil y  
quinientos y sesenta y nueve años.

## **Ioan Gallo de Andrada.**

# PHILIPPO. II. HISPANIA.

RVM REGI CATHOLICO ET POTENTIS-

simo, doctor Agorreta Rector, & Academia Com

plutensis, perpetuam felicitatem

optat.

¶



## A EST TEMPORIS NATVRA

Philippe magne, ut res hominum quanlibet præclaras, paulatim cæca obliuionis caligine inuoluer: contra cuius iniurias nullum aptius excogitari potuit remedium ad rerum diuturnitatem, quam ut à disertis viris scriberentur. Hac enim literatum arte diuinitus inuenta, factum esse videmus, ut quæ multis seculis à nostra etate sunt remota in oculis hominū recentia versentur. Scimus, multa eruditorum hominum monumenta quotidie in lucem prodire, quæ tuo noniū angustissimo dicata, approbationem & laudem consequuntur: sed nullum inter ea esse existimamus, quod maiori merito substanti regis patrocinio in manus hominum venire debeat, quam hi libri, qui euæ maiestati à nobis offeruntur, & dicantur. Nam cum nostræ gentis magnorum virorum tam facta, tam dicta dignissima sint, quæ apud exteræ nationes celebrentur, nulla quidem certè digniora videbuntur, quæ sempiternæ memoria commendentur, quam quæ Franciscus Ximenius Cisnerius, Archiepiscopus Tolestanus, & Hispanæ Cardinalis gestæ: siue quis illius viri fortuna, siue incrementa per gradus, siue animum ad maxima queq; natu, siue egregia eius facinora mente complectatur. Cur auimus ergo diligenter, ne Ximenij gesta amplissima, & dignitatis plena, ab hominum memoria enellerentur: quod necessario euenturum videbamus, ni antequam monumenta, quæ apud priuatos homines erant, aut animam, qui rebus ipsis interfuerunt agerent, ab interitu literarum ope vindicarentur. Præcipua vero nobis cura fuit, ut quantum pro virtuti cauere possemus, nulla, aut perpaucæ essent, quæ cordatis viris in hisce libris, non quidem verbosis, aut ineptis, quibus omnis ratio otij, & negotij illius magni viri, & post hominum memoriam clarissimi constat, displicere possent. Suscipe igitur rex Philippe qua soles fronte, munus hoc quod tibi offerimus: quo præter vulgares illas historiarum vtilitates, innumera de rebus gerendis documenta his tuis temporibus pernecessaria continentur. Multa hic Philippi aui tui, & Caroli patris inuenies, nonnulla etiam tua præclarissima facta attingū tur, ut quæ sunt pro dignitate à tuis historicis conscribenda: sed in primis multa pro aui tui Ferdinandi Catholici recensentur, cuius consilia Ximenius plurimum iuuit: nihil enim unquam eo inconsulto rex ille sapientissimus tentandū

¶ 3 esse

esse duxit. Iam verò quę per Ximenium Hispanię prefectum gesta sunt, & quanta eius contentione & periculo, duris illis temporibus regia maiestas servata fuerit, quoniam longa narratione in his libris explicantur, nō est cur nūc reperamus. Illinc tua maiestas aperte colligit, quātum Ximenio debeatur: qui post tot insignia beneficia, quibus vniuersam Hispaniam affectit, & quotidie afficit, omnium ferè magnatum odia subierit, dum regnum stabilire regi Caro lo adhuc puerō, & absenti laborat. Hęc si pro merito considerentur, mirabitur nemo, quod has literarum sedes omni indulgentia rex potentissimus foues, iure & virtute tutaris, & omni studio vi indies sint illustriores curas. Experta est nuper hęc academia quāti illam facias, cūm illorum audaciam, qui eius libertati insidiatur, tua autoritate comprehēsisti: & literarum studiosos suo iure, & legibus frui, qua polles maiestate, ius sisti. Ingentes tibi gratias agit hęc tua aca- demia: cur enim tuam non dicamus, cuius tu patronus Opt. Max. à Ximenio appellatus es? & quę in medio regnorū tuorum sita, Hispanię tuę ornamēto est maximo? Gratias inquam tibi agit, quod tua tutela, & presidio cōtra crimi- natores maleulos, in literarum otio gratissimo, honestissimis disciplinis omnē operam dat. Quis enim nescit, omnibus scholis publicis, quotquot homines me- moria, vel scripto repetere possunt, immunitates complures à principibus viris, & pontificibus max. suis e semper concessas? & inter eas primarium locum te- nere, ne qui sua nomina militiis literarię dederunt, alibi quam sub academīa in- dice litigare cogantur? Quae immunitates, & priuilegia si infringerentur, nec inuentus ita frequens ad literarum studia conueniret, nec animus inquies ea securitate disciplinis vacare posset, quam harum rerum natura postulat. Neq; enim minus silent sapientiae artes inter molestissimas imperiosorum hominum lites, quā inter bellicos tumultus. Pro taliguitur, & tam magno beneficio, hoc quod possimus diligenter prestabimus: ut hęc nostra literaria resp. sacris sem- per studijs sit occupata, & tales in eis progressus faciat, vt quories resp. usus po- stulauerit, multi viri presto sint, qui votis tuae maiestatis satisfacere possint: quod hactenus in rebus arduis abunde præstiterunt, quando eorum do-ctrina est requisita. Vale R ex potenterissime, quem Deus ad defensionem Christianę reip. diu nobis saluum & in columem seruet.

ALVARVS GOMETIVS  
CASTRVS TOLETANVS, AD HORVM  
librorum lectorem, quos de gestis Francisci Ximenij Cisnerij,  
Archiepiscopi Toletani, & Hispaniae Cardina-  
lis scribebat.



E P E mecum demiratus sum lector optimè, quæ  
esset hæc tam sapientissimorum hominum Cō-  
plutensium negligentia, vt amplissimi viri, qui  
hanc illis academiā condidit, præclara facta pau-  
latim intermori sinerent: & cùm tot felicissima  
ingenia in eloquentię studio Cōpluti florerent,  
scriptorem rerum, splendoris, & gloriæ plenarum, ab academia nō  
curari, aut multos passim non inueniri, qui vltro laborem scribēdi-  
subirent. Ergo cùm hoc mecum assiduè voluerem, subiit animum  
meum mira quædam cupiditas Francisci Ximenij res gestas scribē-  
di: non quidem compendij alicuius gratia, sed vi quadam, & impul-  
su fatali. Nam hic animi affectus, statim vt Complutum veni ad ho-  
nestas disciplinas cognoscendas, mē mirificè tenuit, creuitq; mecum  
ad hanc vñde res scribenda sufficerentur, nec otium ad eas pro dignitate  
tractandas erat. Sed postea Deo viam parante, à Bernardino Al-  
caracio, scholastico Toletano, viro humanissimo, & opibus in vrbe  
sua pollenti Toletum sum vocatus. Vbi cùm ad Ioannem Verga-  
rā qui Ximenio à secretis fuerat, doctrinæ & dignitatis causa, que  
vtraq; in eo homine suprema fuerunt, assiduè veniré, & de prudētia  
magnanimitate, cæterisq; Ximenij virtutibus sæpe numero tracta-  
remus, tandem homini quanuis senio, & morbis atrocissimis vexato  
to eam scribendi cupiditatem inieci, vt de Ximenij rebus illustran-  
dis cogitare cœperit. Ergo primo illo animi calore, exordia tati prin-  
cipis, & incunabula adeò luculenter scripsit, vt etiam si id breui char-  
tarum numero explicuerit, multum tamen Vergaræ debeamus qui  
res à paucis cognitas, & in ea fortunæ conditione quam Ximenius  
priuatus tenuit positas, tam diligenter è tenebris eruerit. Magnum  
me fecisse operæ pretium arbitrabar, quod ad rem tam difficilē ca-  
pessendam eius animum permouisse: nam profectò dignum rerū  
suarum scriptorei vir clarissimus nactus erat: sed ardore illo ob-  
morbos ingrauescentes extincto, toto quod postea vixit triennio ni-  
hil omnino scripsit: non quòd voluntas illi decesset, sed quòd mentis

alacritas, quæ rebus huiusmodi conscribēdis per necessaria est, mor-  
tis vicinitate euanuerat. Postquam vir ille, longiore vita dignissimus  
viueret desīt, Academia Cōplutensis, quæ ad rem procurandā, sibi  
posteriorisq; suis gloriosam, sese demum excitauerat: mihi, quē ex Ver-  
garæ communicatione, quo pacto res vniuersa tractāda esset, nosse  
arbitrabatur, operosam illam scribendi curā demandauit, quanquā  
nulla ex parte cum illo sim comparandus. Suscep̄tis igitur Vergaræ  
commentarijs, reliquisq; monumentis, quæ ad eam rem parauerat,  
ad Didacum Lupum Aialam, templi Toletani vicarium me cōtuli.  
Fuerat is in Ximenij familia à puero educatus, & crescēte aetate ma-  
ximis negotijs præpositus, quare gestorum ferme omnium certissi-  
mā notitiam ab eo me habiturū existimabam. Neq; me fecellit op̄io:  
nam literarum fasciculos complures mihi obtulit, quibus non  
solū ea continebantur, quæ cum rege Ferdinando de Oranica ex-  
peditione conuenta fuerunt, & quæ à Ximenio gesta sunt, sed etiā  
quæ cum Carolo apud Belgas agente Ximenius regnorum guber-  
nator per arcanas notas tractauerat: vnde sapientis viri consilia, co-  
gitationes, & sensus licet cognoscere. Nactus sum, & Vallegij cano-  
nici Seguntini, qui Cardinali Ximenio à cubiculo fuerat, commen-  
tarium Hispano sermone de rebus Ximenij, diligēter quidem scri-  
ptum, sed ultra Philippi in Hispaniam aduentum non est progres-  
sus. Hunc commentarium Andreas Cuesta doctor theologus, qui  
postea Episcopus Legionensis fuit, è Nauarra deferēdum ad me cu-  
rauit. Incertum erat à quo Cuesta suscep̄isset: donec cùm ad historiā  
edendam, academia Complutensis regijsenatus, de more approba-  
tionē curat, vir amplissimus & clarissimus Didacus Spinola, qui ad  
senatus regij & Inquisitionis præfecturas, quas nostri presidētias vo-  
cant, assumptus fuit, & nuper magnocieus merito Cardinalis Hispa-  
niae, & Episcopus Seguntinus creatus est, suum esse dixit, sibiq; resti-  
tui petiit: sed postquam in academiæ scrinijs asseruari cognouit, libe-  
rali animo dono dedit. Venit etiam in meas manus commentarius  
autographus Floriani Ocampi, regij historici, de Ximenio, quē ille  
ad Vergaram vulgaris sermone miscerat, cùm hanc historiam scribe-  
re meditaretur. Dedit etiam academia Complutensis, si qua ad hāc  
rem facientia monumenta habuerat: nō nulliq; viri ex Ximenij au-  
la, qui adhuc supererant, permulta retulerunt, quæ quanvis literis  
mandari non poterant, tamen si à nobis ignorata fuissent, multum  
gratiæ nostra hēc historia fuerat amisura. Porrò annales Laurentij  
Galindi Caraúajali, quibus vir grauiſſimus rerumq; illarum cū pri-  
mis paticeps, quinquaginta ferme annorum memoriam comple-

xus est, haud vulgariter meam operam iuuerunt. Hæc te studiose lector nescire nolui: vt tibi ratio constaret nostri laboris, & scires nihil temere à nobis creditum, nihil ad gratiam, aut odium alicuius confitum hisce libris contineri, sed omnia inuestigata & eruta ex publicis actis, epistolisq; regum, & Ximenij, & ex magnorum virorum scriptis, quæ recensuimus. Post opus vero conscriptum, vsus sum cädidissimo iudice Francisco Varga, viro doctissimo & integerissimo, multorumq; negotiorum vnu prudentissimo, qui post im petratam à Rege Philippo. II. vitæ quietem in Cislensi secessu, attetissimè hos libros audiuit, & amicè monuit, si quid erat quod animum offendere. Et vt ingenuè fatear, multa eius cōsilio sunt addita, multa immutata, multa etiā expuncta. Huic tante nostræ diligentia & curæ, accessit approbatio Ioa. Pacci Castri regiae historiæ scriptoris, cuius supremus senatus hanc nostram historiam explorandam & corrigendam dedit: quam adeo attentè perlustrauit, ut nō modò ea quæ munieris sui erant, sed si quid oscitanter, aut impropiè dictum, si quid parum apto loco collocatum, si quid delicatas aures erat offensurum, insigni candore, & eruditioне animaduerterit. Vale.